



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Sacri Sepvlcri Dominici Coenobium, in vrbe Cameracensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

Episcopo Cracouiensi vita defuncto à sacro eius basilica collegio postulatus septimus successit, regis favore & commendatione adiutus, decimas, quæ ex bonis, Tiuecensis monasterij Episcopo Cracouiensi præbebantur Abbati & monasterio iure sempiterno addixit & adscripsit: diocesim psalmodijs et precationibus, ijs, quæ Graduum vulgò dicuntur, oneravit. Multa item alia Cazimirus Rex fecit et instituit, quæ ad religionis et reip. instauracionem pertinere existimabat: pace perpetua post Maslaicum bellum fatigatam superioris temporis malis Poloniam mirum in modum recreavit, eoque Instauratoris pacifici cognomentum meruit.

CAPVT LXI.

SACRI SEPULCRI
DOMINICI

Cænobium, in vrbe Cameracensi.

An. 1047.

ANno Christi millesimo quadragesimo septimo, cum pestis acriter Cameraci sæuisset, Gerardus eo nomine primus, eius vrbis Episcopus, nouum extra muros vrbis cœmeterium constituit, vt peste sublatis, quibus vetera cœmeteria vix sufficiebant, in eo sepelirentur. Eodem in loco & sacellum in honorem sancti Nicolai, atque in sa-

cri se-

cri sepulcri Dominici memoriam exstruere
coepit, morte tamen præuentus, perficere
non potuit. *Tradit hæc Iacobus Guisianus in
manuscriptis Hannoniæ Chronicis.*

*Ceterum Lietbertus, Gerardi in Episcopatu
successor, inchoata perficiens, cœnobium eo ipso
in loco fundavit an. millesimo sexagesimo quar-
to, teste Meyero in Annalibus Flandriæ. De his
rebus ita legitur in historia vitæ B. Lietberti,
quæ manuscripta isto in cœnobio adseruatur:*

An. 1064

Cû Lietbertus vix impetratâ dimissione, Hie-
rosolymam tenderet, comites habuit ferè ad
tria millia, tanta coeunte copiâ populi, vt
exercitus Domini diceretur. Ductus tamen
per varia loca, & reductus, spe videndi sepul-
crum Domini frustratus est, fraude nautarum
declinantium insidias paganorum. Ceterum
reuersus, ex consuetudine nudis pedibus no-
ctu Ecclesias & cœmiteria circuibat, pro se,
suis & defunctis Dominum exorans. Inter
quæ loca erat oratoriolum Dominici sepul-
cri. Cum enim fames Cameraci multos ene-
caret, vt vrbs cœmiteria non sufficerent, Ge-
rardus Lietberti antecessor, extra muros cœ-
miterium, & Ecclesiam in honorem Domini-
ci sepulcri pro sepultura pauperum & pere-
grinorum consecrauit. Vbi Lietbertus ma-
gistri animatus exemplo, ampliori schemate
monasterium cõstruxit, quod ampliatis mœ-
nibus intra urbem est inclusum, vbi etiam an-
te quinquennium, quàm vita discederet, ef-

An. 1076.

An. 1211.

Jany 23.

fodi sibi sepulcrum fecit. Obijt autem B. Liebertus anno millesimo septuagesimo sexto, conditusq; est in hoc cœnobio à se constructo, itemq; in tumulo iampridem sibi parato; post ab Alberico Remorum Archiepiscopo, anno millesimo ducentesimo undecimo in locum honorificentiore translatus. Vide Molanum in Natalibus Sanctorum Belgij.

Præpositura CAPELLENSIS in vrbe
Bruxellensi.

AB isto S. Sepulcri cœnobio dependet cella, seu Præpositura, vt vocant, B. Mariae Capellensis, olim extra, nunc intra muros vrbis Bruxellensis sita, quam monachi aliquot, è Cameracensi S. Sepulcri cœnobio euocati, sub vnius Præpositi regimine, obtinent, & sacra officia in Capella B. Mariae (sic istam Bruxellensis vrbis parocchiam basilicam vulgò nuncupant) ex instituto peragunt. Huius Præposituræ auctor fuit Godefridus I. cognomento Barbatu, Lotharingia ac Byabantia Dux, cuius diploma hic vides.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, ego Godefridus Lotharingæ Dux, ab Ecclesiarum Doctoribus intelligens omnium hominum salutem, ab eleemosynarum largitione plurimum constare. Principibus verò huius seculi, vtpote, qui amplius acceperunt à deo, vt retribuunt ei ad ipsum magis congruere: eò quod eleemosyna peccatum extinguat, &

animam

Obijt anno
1140. cum
annos 44.
imperasset.